

8. #46. #82

23

NO MANUSCRIPT
OF R. III. 1111

REG
O MAR
O AN
O AN

BX855
.14
1733-62
v.3
t.2
c.1



1080045198

BULLARUM

PRIVILEGIORUM AC DIPLOMATUM

Romanorum Pontificum

AMPLISSIMA COLLECTIO

*Cui accessere Pontificum omnium Vita, Notæ,
& Indices opportuni.*

OPERA ET STUDIO

CAROLICOQUELINES.

TOMUS TERTIUS

PARS SECUNDA.

A GREGORIO X. ad MARTINUM V. scilicet
ab Anno 1271. ad 1431.



ROMÆ MDCCXLI.

TYPIS, ET SUMPTIBUS HIERONYMI MAINARDI
in Platea Agonali ad Vicum Cuccagnæ.

SUPERIORUM FACULTATE.

46407

BULLARUM

TRIGESIMO TERTIO TOMO

ROMANORUM PONTIFICUM

AMPLISSIMA COLLECTIO

Quaestiones de sacris canonibus suis, &c.

Et libris operantibus.

OPERA ET STUDIO

CAROLI COCHLETTI

TOMUS TERTIUS

PARS SECUNDA

A GREGORIO XIII. PONTIFICIS MAXIMI

IN ANNO 1585. MDCCXLII.



ROMANORUM

TRIGESIMO TERTIO TOMO

ROMANORUM PONTIFICUM

AMPLISSIMA COLLECTIO

Quaestiones de sacris canonibus suis, &c.

Et libris operantibus.

OPERA ET STUDIO

CAROLI COCHLETTI

TOMUS TERTIUS

PARS SECUNDA

A GREGORIO XIII. PONTIFICIS MAXIMI



Eño, & Rño Dño

D. DOMINICO RIVERÆ

SRE. CARDINALI AMPLISSIMO.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

HIERONYMUS MAYNARDUS F.



INTER multos dignitate, muneribus
atque doctrina præstantes viros, qui
cogitanti mihi de altera Parte Tomi III. BULLARII
ROMANI edenda, illique omnibus numeris digno Pa-

trono adsciscendo obversabantur, unus, **CARDINALIS**
AMPLISSIME facile occuristi, quem ceteris anteferrem,
& cui eam merito dedicarem. Ad id vero non solum
diu quaesita impellebat occasio gratum Tibi meum testan-
di animum, compluribus magnisque obstructum benefi-
ciis, sed ipsa quoque publicandi voluminis suadebat con-
ditio. Quum enim Summorum Pontificum a **GREGORIO**
Decimo, usque ad **MARTINUM V.** Apostolicas Constitutio-
nes exhibeat, argumentorum pondere, ac rerum gra-
vitate nullis aliis plane secundas, jure veluti proprio, ac
ratione praecipua Te Patronum poscebat. Patricio ni-
mirum Urbini natus genere, ducta ab Urbe Aquila
in Vestinis origine, & illustrium Avorum nobilitate cla-
ro, a prima aetate Bononiae ob scientiarum omnium Aca-
demiā longe lateque celeberrimae, naviter in literas
incubivisti. Decimoseptimo nondum expleto aetatis
anno Sacrae Theologiae, ac utriusque Juris ornatus
laurea, Romam subinde migrasti: ubi doctrina, &
eruditione notus, publica utriusque experimenta non
semel, coram ipsis etiam summis Pontificibus, feliciter
edidisti. Cuicumque bene gerendo jam par negotio,
ab **INNOCENTIO PAPA XII.** Pontificio Castri S. Angeli
es praefectus Archivo: mox illustrandis, tuendis, &
vindican-
dis Apostolicae Sedis Juribus omnem operam,
& studium pro re nata adhibuisti. Quo nomine in dies
auctus, & **CLEMENTI XI.** qui **INNOCENTIO** successit,
probatus maxime, quum dissidentibus Europae Prin-
cipibus post **CAROLI II.** Hispaniarum Regis mortem,
permolesto bello flagraret Italia, & a Caesarianis co-
piis Bononiensis, & Ferrariensis agri infestarentur, ut

Prz-

praesentia minuerentur mala, & futura arcerentur, ad
EUGENIUM Principem Supremum Exercitus Ducem mis-
sus es: Apud quem ea prudentia, atque dexteritate
rem gessisti, ut, certis pactis conditionibus hibernan-
tes utrobique milites recesserint. Felicitate pari alia
gravissima negotia, quae per id temporis Pontificem ma-
ximum sollicitabant, cum eodem Principe; item-
que cum **VICTORIO AMADEO** Allobrogum Duce, **FRAN-**
CISCO Duce Parmensi, ac **RINALDO** Duce Mutinensi
transigesti. In Urbem reversus Vaticanae Basilicae Can-
onicus a **CLEMENTE** renunciatus es; tum a Secretis
Congregationis Consistorialis, & Sacri Collegii Car-
dinalium plenis suffragiis electus. Mox a Latinis Epi-
stolis Pontificiis, Praelatus Domesticus, & a Secretis
Congregationis Aquarum dictus fuisti. Quod potis-
sime munus, ea proficua vigilantia, ac sedulitate ges-
sisti, ut benefactoris Pontificis votum cumulate imple-
res, simulque praeclearis impensaerum operarum relictis moni-
mentis, hodieque debita cum laude celebreris, & Suc-
cessoribus proponaris exemplum. Decessoris sui inhæ-
rens vestigiis **INNOCENTII XIII.** quum qualis quan-
tusque esses, non ignoraret, in administrando Catho-
licae Ecclesiae Pontificatu tua potissimum opera usus est,
eo successu, ut Te in dies plurimi faceret. Arcanarum
proinde Epistolarum a Secretis lecto, & inter Proto-
notarios Apostolicos adscito, amplissimam Cardina-
latus dignitatem, (quod non semel se facturum pro-
nunciaverat) contulisset, nisi mors importuna fuisset
impedimento. Quod tamen non praestitit **INNOCEN-**
TIUS, impertit **CLEMENS XII.** postquam tot meritis
etiam

etiam sub BENEDICTO XIII. auctum, & bene gestis muneribus clarum, statim ac Pontifex Maximus est renunciatus, supremæ Congregationis Sacræ Consultationis a Secretis dixerat. Quum autem Cardinalis ab eo renunciaretis, PRINCEPS EMINENTISSIME, tam honorifica omnium Cardinalium in Consistorio fuere suffragia, ut res fidem pene superet. Neque id mirum. Spectata siquidem virtus Tua, ac diuturno experimento in alma Urbe, omnium Gentium ac Nationum Theatro, forisque comprobata, hujusmodi testimonium merebatur, quod Tibi perinde, ac Pontifici benefactori singularis decoris esset, ac gloriæ non vulgaris. Neque his contentus CLEMENS, mox honores honoribus augens, quum probe nosceret studium, quo bonum Oeconomicum Oppidorum, & Urbium Pontificiæ ditionis cogitares, ut idipsum opportune curares, Præfecturam Congregationis Boni Regiminis Tibi contulit. Qua in re subjectorum etiam Populorum votis obsecundavit. Tot igitur nominibus Tibi congruens Munus, CARDINALIS AMPLISSIME, qua soles benignitate excipias, oro: & me Tibi cum primis addictum, atque devinctum, valido tuo patrocínio tueri pergas.

INDEX

CHRONOLOGICUS

PONTIFICUM,

Quorum Bullæ in hac Tertii Tomi Parte Secunda continentur.

| | Anno 1271. | Pag. 1 |
|-----------------------------|------------|--------|
| GREGORIUS X. | 1276. | 17 |
| INNOCENTIUS V. | 1276. | 19 |
| HADRIANUS V. | 1276. | 19 |
| JOANNES XX. dictus XXI. | 1276. | 21 |
| NICOLAUS III. | 1277. | 27 |
| MARTINUS IV. | 1281. | 38 |
| HONORIUS IV. | 1285. | 51 |
| NICOLAUS IV. | 1288. | 69 |
| COELESTINUS V. | 1294. | 74 |
| BONIFACIUS VIII. | 1294. | 106 |
| BENEDICTUS XI. | 1303. | 110 |
| CLEMENS V. | 1305. | 143 |
| JOANNES XXI. dictus XXII. | 1316. | 200 |
| BENEDICTUS XII. | 1334. | 291 |
| CLEMENS VI. | 1342. | 214 |
| INNOCENTIUS VI. | 1352. | 314 |
| URBANUS V. | 1362. | 331 |
| GREGORIUS XI. | 1370. | 364 |
| URBANUS VI. | 1378. | 377 |
| BONIFACIUS IX. | 1389. | 399 |
| INNOCENTIUS VII. | 1404. | 404 |
| GREGORIUS XII. | 1406. | 411 |
| ALEXANDER V. | 1409. | 413 |
| JOANNES XXII. dictus XXIII. | 1410. | 418 |
| MARTINUS V. | 1417. | |

I N D E X

A L P H A B E T I C U S

P O N T I F I C U M,

Quorum Bullæ in hac Tertii Tomi Parte Secunda continentur.

| | | |
|-----------------------------|-----------------------|--------|
| ALEXANDER V. | habet Constit. | I. |
| BENEDICTUS XI. | habet Constit. | III. |
| BENEDICTUS XII. | habet Constit. | XVIII. |
| BONIFACIUS VIII. | habet Constit. | XXII. |
| BONIFACIUS IX. | habet Constit. | XIII. |
| CLEMENS V. | habet Constit. | XV. |
| CLEMENS VI. | habet Constit. | XVI. |
| COELESTINUS V. | habet Constit. | I. |
| GREGORIUS X. | habet Constit. | IX. |
| GREGORIUS XI. | habet Constit. | XXIII. |
| GREGORIUS XII. | habet Constit. | IV. |
| HADRIANUS V. | nullam habet Constit. | |
| HONORIUS IV. | habet Constit. | VI. |
| INNOCENTIUS V. | habet Constit. | I. |
| INNOCENTIUS VI. | habet Constit. | X. |
| INNOCENTIUS VII. | habet Constit. | II. |
| JOANNES XX. dictus XXI. | habet Constit. | II. |
| JOANNES XXI. dictus XXII. | habet Constit. | XLIV. |
| JOANNES XXII. dictus XXIII. | habet Constit. | IV. |
| MARTINUS IV. | habet Constit. | V. |
| MARTINUS V. | habet Constit. | XXVI. |
| NICOLAUS III. | habet Constit. | IV. |
| NICOLAUS IV. | habet Constit. | XII. |
| URBANUS V. | habet Constit. | VII. |
| URBANUS VI. | habet Constit. | XV. |

INDEX

INDEX RUBRICARUM

BULLARUM ET PRIVILEGIORUM OMNIUM,

Quæ in hac Tomi Tertii Parte secunda continentur.

Quæ hoc Indice designantur, erant in editione Cberubini.

- I. Hierosolymitanum Patriarcham, ceterosque fideles de suscepto a se Ecclesie clavo encyclicis literis certiores facit. 1
- II. Contra deferentes Arma, Naves, & alia ad partes Infidelium, ipsique quomodolibet communicantes. 3
- III. Indictio Sacri, & Oecumenici XIV. Concilii, Lugdunensis II., pro die 1. Maii 1274. 4
- IV. Civitas Lugdunensis utpote Prælati omnibus magis accommoda pro futuri celebratione Concilii decernitur. 6
- V. Civitati Pisane restituitur Archiepiscopalis Dignitas, qua Conradino quondam Friderici olim Imperatoris Nepoti adherendo privata fuerat. 7
- VI. Capitula, & Ordinationes Pacis inter Guelfos, & Gibellinos edita apud Florentiam. 7
- VII. Contra Christianos ad ritum Judaicum transeuntes, Judæosque conversos rejudaizantes, vel Christianos ad eorum ritum inducentes. 11
- VIII. De reditu Michaelis Palæologi Græcorum Imperatoris ad obedientiam Romani Pontificis, & unione Ecclesie Græcæ cum Latina. 11
- IX. Provisiones, & Ordinationes pro ecclesiastica libertate in Regno Portugallie manutenenda. 13

INNOCENTIUS V.

- I. Innocentius fideles encyclicis literis adeptæ dignitatis certiores facit, ac Præsules ad operam pro christiana tuenda conjungendam excitat. 18

JOANNES XX. dictus XXI.

- I. Decretum, quo Hadrianus V. Gregorii X. de inclusione Cardinalium in Conclavi pro facienda Pontificis electione Constitutionem suspenderit, confirmatur. 20
- II. Encyclicæ Joannis XXI. ad fideles de sua promotione literæ. 20

NICOLAUS III.

- I. Encyclicæ Nicolai literæ de sua in Summum Pontificem electione ad Gallie Prælatos. 22
- II. Quod absque Summi Pontificis licentia speciali Senator Urbis minime eligatur. 23
- III. De prædicatione verbi Dei, pro conversione Hebræorum. 25
- IV. Excommunicationis, & aliarum poenarum promulgatio in Catharos, Patarenos, aliosque hæreticos, ipsorumque filios, complices, & fautores. 26

MARTINUS IV.

- I. Martini Papæ IV. ad Præsules Catholicos de sua promotione in Summum Pontificem literæ encyclicæ. 28

- II. Prohibitio ne Fratres Ordinum Mendicantium ad alios Ordines transeant. 29
- III. Damnatio & excommunicatio Michaelis Palæologi Græcorum Imperatoris ab Ecclesia Romana dissidentis. 30
- IV. Commissio Delegatis Apostolicis super inquisitione miraculorum Sancti Ludovici. 30
- V. Depositio Petri Regis Aragonum ejusque subditorum a Juramento fidelitatis absolutio. 31

HONORIUS IV.

- I. Encyclicis literis Christifideles promotionis suæ certiores faciens, ad divinam sibi opem suis precibus conciliandam provocat. 39
- II. Provisiones, & Ordinationes tam quoad spiritualia, quam temporalia pro bono regimine Regni Siciliae. 40
- III. Subsequitur Confirmatio Constitutionis editæ a Carolo II. Siciliae Rege pro tuitione Ecclesiasticorum, rerumque ad eos pertinentium. 47
- IV. Monasterium S. Silvestri in Capite de Urbe conceditur nonnullis piis feminis, ut inibi vivant secundum Regiæ S. Clare. 48
- V. Damnatio Sectæ, sub nomine Ordinis Apostolorum, nulla habita Sedis Apostolicæ licentia temere introductæ. 49
- VI. Quod filii & nepotes ejus, qui de hæresi inquisiti & absoluti sunt, ad officia & beneficia admitti possint. 50

NICOLAUS IV.

- I. Sanctæ Agathæ Terram, aliaque Castra, & Loca ad Provinciam Massæ Trabarie, non autem ad Romandiolæ spectare declarat. 51
- II. Quod Christiani ad Judæorum ritum transeuntes, ipsique Judæi ad Christianam fidem conversi, ad illum redeuntes, ab Inquisitoribus uti hæretici, eorumque auxiliatores, puniantur: Judæi vero, Christianos ad eorum ritum trahentes, poena debita compefcantur. 52
- III. Certos proventus S. R. E. Cardinalibus assignat ex Romanæ Ecclesie redditibus. 52
- IV. Approbatio Tertie Regule Fratrum & Sororum Tertii Ordinis a B. Francisco institutæ, pro secularibus in propriis domibus viventibus, Tertiaris nuncupatis. 53
- V. Declarationes Reformationis Gregorii IX. Monachorum Congregationis Cluniacensis Ordinis S. Benedicti. 56
- VI. Quod Processus habitus per Inquisitores contra Hæreticos etiam post obitum Papæ, a quo deputati fuerant, validi habeantur. 61
- VII. Confirmatio Erectionis Ulyssipponensis Academiæ, quæ variis ornatur privilegiis. 62
- VIII. Prohibitio faciendi Conjuraciones, Societates, Confederaciones, seu Colligationes in terris Ecclesie, earumque cassatio, & annullatio sub ex-

b com-